

A

210

—

—

|| .

—

Liber Capituli Chanadiensis.
Serben - Allans levettar MS Varia III 1.

77 - 81 oldal.

77

x de Coena

PROPOSITIONES DOMINI. ET AB-
renuntiatione. Sua in Baptif^{mo}
obseruatur disputanda
3. die Maij contra Mar-
tinum Salmanchei

et eius Aseclas, Laudiopo-
li. Anno. M. D. LVII.

PROPOSITIONES DE COENA DOMINI.

I. **D**IVVS PAVLVS IN EPISTOLA AD EBREOS, FIDEM
ipsam, qua apprehendimus beneficia filij dei & nobis applica-
mus, inter reliqua definit esse. Argumentum rerum non apparen-
tium, vt Ecclesia manifestum esset, quia Cathgorica intellige-
ret vocabulo Fidei.

II. **H**ANC DESCRIPTIONEM PERPENDENTES ET NOS, ET MEN-
tem nostram, de vera praesentia Corporis et Sanguinis domini,
in Coena confirmamus, & aduersariorum permissio sum errorem,
vnde proficit, quam facillime agnoscimus.

III. **I**s qui dicit esse corpus suum, est, ipsa veritas, & quod instituit
est mysterium, & Articulus fidei. Veste igitur Sino Paulo, hoc re-
quiratur, ut credamus filio dei, contra absurda rationis nostra;
in eo enim consistit fides, quod non apparet. Si ergo modo praesentia
in hoc articulo posset inquiri, nomine fidei, sed rationis
nostra diceretur Articulus.

III. **A**d haec potissimum causa est, quod hostes Coena incurvant,
in absurda, per rationem enim, primum inquirere volunt, quo
ad se

adsit, et sic deinde fidem, huic convenientem applicare: Cuncta
primum teste Chri. Fides debeat promitti, quae intellectui factum
am aperit, et non intellectus fidei.

V. Si vero antie de modo, inquisitio instituat, recte potest respon-
deri, panem esse Corpus Chri. Benedictione Consecratione, et virtu-
te, efficaciam, ordinatione, dispositione et institutione Chri ac ener-
gia verbi Coelestis et eius Gratia, sese copulantis generi humano, et
promittentis se habitaturum in nobis, et communicaturum, Corpus
et Sanguinem suum in pigno certissimum, et testimonium remissionis
peccatorum et vitae aeternae. Hic modus fidei est et eius, qui adheret
verbo dei, et non rationis.

VI. Neque quicquam valere poterit Sacramentarium figurata et Sym-
bolica interpretatio dicti. HOC EST CORPUS MEVM. HIC EST SAN-
GUIS MEVS: Sensus enim debet verba sequi. Et cum verba seorsu-
ment, sensusque eorum a verbis discrepet, minime vero interpretari
esse potest: juxta Regulam. Talia sunt praedicata, qualia a Scri-
bis esse permittuntur.

VII. Hoc verum esse indicat et moles variarum Sententiarum, qui in
bris Sacramentarium continentur. Cuius enim diversimodi
sunt. HOC EST CORPUS MEVM, HIC EST SANGVIS MEVS.
Explicant, vel ut nihil aliud sit, quam Allegoria, vel tantum
effectum loquuntur. At de ipsa essentia Sacramenti prorsus obui-
tescunt. Haec incertitudo, eorum interpretationem falsam esse
arguit.

VIII. Qui vero Evangelistas, d. Paulum et primitiva Ecclesia testimo-
nium sequuntur, vere fatentur, et Fides illorum quam certissimum
est. Quod Chri secundum suam ordinationem et promissionem
haec bona, videlicet Corpus et Sanguinem suum utentibus communi-
cet et distribuat, non quidem ut cibum corruptibilem, Alterationi
et diminutioni obnoxium. Sed resistentem Corpus et Animam ad vi-
tam aeternam.

IX. Decet ergo omnes pios affirmare secundum institutionem Chri. duo
in propom, videlicet quod ori offerat, Corpus et Sanguinem suum, vere
et realiter. Secundum praecipuum. ACCIPITE COMMEDITE. HOC
EST CORPUS MEVM. Mentis vero spiritualiter, hoc in applicatio-
ne consistit. Illud vero in actione et institutione externa.

IX. Confirmat

79
Confirmat hoc d. Paulus in Epistola 1. ad Corinth. cap. 11. cum ait:
Et impios sumere corpus Domini. Est enim hac necessaria consequen-
tia, indigni sumunt corpus Domini. Ergo non solum menti Spiritu-
aliter sumere possunt, nec ullam habent fidem.

Quicumque igitur hanc veram Sententiam, voci Apostolicae, & primitivae
Ecclesiae conscientiam negant, hi discesserunt a Christo, nec vocem
Ecclesiae membra esse possunt. Alium enim Christum, quam qui se
edito suo verbo, patefecit. Querunt, & alias invehunt in Ecclesiam
dei ordinationes, dum euacuant, & tollunt Substantiam Coenae Domini.

Oramus autem verum deum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut
mentes docentium & discipulorum coniungat in vera constantia
& fidelitate, & omnes errores depellat, ut puritas doctrinae Euange-
lij conservari & propagari possit, ad multarum Animarum salutem
ut in Apocalypsi dicitur. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi
Coenam vitae. Amen.

Altera disputatio de Abrenun- ciatione.

- I. Manifesta impietas est in Ecclesia Filij Dei, novam doctrinae
genus commisci, & de ambitione semina contentionum spar-
gere, non considerata analogia, & consensu totius Scripturae Sa-
cae, quae nobis mentem & voluntatem dei proponit.
- II. Hac mens & voluntas praecipue in institutione & Sacramentis
cernitur, ubi singularum vocum, dextra & candida significatio ob-
servari debet, non detorta contra genuinam & propriam verbo-
rum Sententiam.
- III. Recte autem iudicanti & dicta Apostolica conferenti, perspicuum
est erroneam esse opinionem, quae fingit Abrenunciationes non es-
se necessarias in Baptismo, nec habere eos fundamentum in verbo
dei, imo impossibile est.
- III. Primum autem manifestum est, nos per Baptismum inseri Ecclesiae &
agmini Christi tanquam novos milites inductari, quorum officium
est

80
est, relicto et abnegato priori domino, nouo cui se subiecerunt
adherere. et eius diuis vestigia sequi, cuius arma gerunt, quemadmo-
dum ipse praecepit. Qui vult me sequi abneget semetipsum.

V.

Hoc quicumque negat, manifeste suam declarat impietatem, nec deo
serui cuius in Baptismo factus est membrum expetit. Sed rur-
sus ultro se in priorem captiuitatem, et diaboli consortium conijcit,
vt manifeste Saulus in Epistola ad Corinthios probat.

VIX.

Hanc ob causam Paulus hanc normam sequens in Epistola
ad Ephesios et ad Titum 2. Instituta collatione Baptismi manifeste do-
cet in hoc Saluatoris nostri dei apparuisse benignitatem, vt abnega-
mpietate mundi, et eius concupiscentijs. Sobrie viuamus.

VIIK

Nec minus tota conuersio hominis, quae nihil aliud est quam Ab-
renunciatio quadam, vt Paulus eam in Epistola ad Romanos cap. 6.
Explicat. Item nota propria et specifica, qua filios dei ab impijs dis-
cernit, imo et cursus vocatio nis, singulorum credentium idem docet.

VIII.

Huc accedit, quod quemadmodum Circumcisio janua erat totius
Legis seruanda. Ita et Baptismus totius professionis Christianae
typum gerit. Certum est autem in utroque mortificationem et Ab-
renunciationem demonstratam esse, quemadmodum ad Collosenses
2. Explicatur.

IX

Quid autem facilius probari potest, quam Abrenunciationes habe-
re suum fundamentum in verbo dei. Christus enim cum hanc in-
stitueret Ceremoniam, simul poenitentiam docendam esse prae-
cepit quae nihil aliud est, quam talis ad Deum conuersio, in qua contra
hostes eius dimicamus, et vera fiducia cum nobis adfuturum statuimus.

X

Sic verbum credendi per se Abrenunciationem complectitur, vt
hi motus, qui cum firma fiducia concurrunt declarantur. Neque
enim quis is credit, neque per fidem Baptisma assummit, qui pro-
positum perseuerandi in priori malitia retinet, sed qui se ex ani-
mo voluntate et verbo dei subijcit.

XI

Hac normam Baptisandi ipsos Apostolos retinuisse Act. 2. 8.
et 19. apparet. Edocti enim primum de poenitentia in nomine
Christi sunt baptizati, quod nihil aliud est quam valedicere dia-
bolo, mundo et reliquis hostibus nostris et Christo adherere. Sic
Philippus eunuchum Audacis Reginae Abrenunciatione deducit,
cum quaerit ab eo: Vtrum credat.

Certulianus qui post natum Christum Annis 225. uixit: idem. con-
firmat his uerbis. Aquam adituri, ibidem manu contestamur, nos renu-
tiare diabolo, et Sompa et Angelis eius, dehinc ter mergitamus. Sic
Augustinus Tomo 4. lib. de Cathelicis rudibus, et passim ubi hanc
sententiam confirmat.

Multo magis autem impune est deum Tyrannidis et impossibilitatis ac-
cusare, cum de locomotua dederit uerbum manifestum Rectorem, Spi-
ritum S. locomotua libertatem et varia precepta coercendi mem-
bra externa, ne ruant contra legem dei.

Hanc simplicem et ueram sententiam potius amplectendam esse
statuimus, quam laxare frena cupiditatis, et pias et legitimas ordi-
nationes dei inuestere, ut uasa misericordiae eius et non ira esse que-
amus, per eum qui omnia in nobis potest. Amen.

APOLOGIA ADVERSUS MABLEDICENTIAM ET CA-
LUMNIAS FRANCISCI STANCARI, IVSSU ET VOLUN-
TATE OMNIUM DOCENTIUM COELESTEM DOCTRI-
NAM INCORRUPTA, IN ECCLESIA TRANSYL: CONSCRI-
PTA. PER MINISTROS ECCLESIAE GAUDIOLOBITA:
IN EADEM TRANSYL: VANIA.
ANNO DOMINI. 1558.

Johannis capite quarto.

Omnis Spiritus, qui Jesum soluit esse deo non
est.

Author hujus Apologiae fuit Francis. Davidis Reber
Schole Sand. eo tempore Lutheranus.

VÉGÉ